Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



iam non moritur mors illi ultra non
dominabitur. Proinde iam solum secundum ubi
diuinitatem uerum etiam secundum semetip
sam assumptam humanitatem predica
tur deus sicut ex eo deus ita scribentem Pau
lus apostolus non ab hominibus neque ab ho
mine sed per ihesum xpm. Quid est enim
Si non per hominem sed per ihesum xpm nonne
consequitur quod xpm que eo tempore
uocauit uel fecit apostolum dicat cepisse
iam non esse hominem sed deum. Non tamen
aiunt patres orthodoxi hec dicendo
hominis demit naturam sed confidenter tetur
super habundanter humane nature
diuinam gloriam. Nam ex quo resurre
xit dominus ihesus xpc uere quidem est ut
erat homo natura sed deo est gloria. Por
ro quod astantibus discipulis assumptus
ab eis ascendit in celum et sedit a dex
tris dei quod est non raptum esse filium ad
gratiam iuxta fidem sed atque thronum dei
humilem confitentis et penitentis da
uid orationem iustificatus est deus in
sermonibus tuis et uincis cum iudica
ris quia sicut iurasti illi ueritatem
fecisti et non frustratus es eum quem
raptum est a dextra semen eius et ad thronum
tuum. Porro quod iurasti ad abraham
non deum usque ad consumationem perseue
ras. Promissionis immo repromissionis
namque ad illum sermo hic erat. Per me met
ipsum iuraui quia fecisti rem hanc
et non pepercisti filio tuo unigenito propter
me benedicam tibi et multiplicabo se
men tuum sicut stellas celi et uelut ha
renam maris que est in littore maris.
Possidebit semen tuum portas inimi
corum suorum et benedicentur in semine tuo
omnes gentes terre quia obedisti uoci
mee. Et quidem cuncta hec preter unum

ad impleta erant abraha ihesu semine
suscepto in celum ad dei thronum quia
reuera in sanctis patriarchis atque prophetis
multiplicatum fuerat semen abrahe sicut
stelle celi nam ipsi sunt stelle quas
idem eternus sol xpc eleuatus in celum se
cum tulit et possidebat illud semen
eius portas inimicorum suorum scilicet malignorum
spirituum quem admodum dicit. Et ecce fui
mortuus et sum uiuens et habeo cla
ues mortis et inferni. Veruntamen
pars maligna restabat pars nobis op
tabilis et necessaria que nobis gen
tes tali enunciatione semel et iterum
reposita est et benedicentur in semine me
tuo omnes gentes. Ad hanc partem perfici
enda apostoli duodecim electi fuerant et
reseruati ipso dicente. Si ergo me que
ritis sinite hos abire. Ut impleretur
sermo ait euglista quem dixit quia quos
dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam
Ubi nam hoc dixerat. In ipsa cena pau
lo ante ipsam horam qua cum comprehen
deretur relicto eo discipuli omnes fugierunt.
Quos dedisti michi ait custodiui et ne
mo ex eis periit nisi filius perditionis statim
que subiunxit ut scriptura impleatur.
Quod quamuis ita recte possit intelli
gi. iccirco uel ille unus periit ut scriptura
impleatur que non tacuit de perditione
eius at tamen secundum presentem intentionem ma
gis placet sic intelligi. ac si diceret. Ic
circo istos custodiui neque quisquam ex
eis periit. et sunt omnes incolomes non
solum secundum animam sed etiam secundum cor
pus ut sint per quos scriptura impleatur
per quos ministerium benedictio cunc
tis gentibus in semine abrahe promissa
impendatur. Quibus ex sacramentis et
unum sumptis eiusdem benedictionibus op